



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

ij. De Simonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

quisitionem desideratur, neque exceptione crimen obijci necesse est, vt his medijs ad criminis vindictam perveniri possit, vel delinquēs ab affectatis sum moueri, sed & sine libello sine exacta causæ cognitione poterit iudex ad legitimam ultionē reo vocato procedere^a.

a. e. iudicia. eo. ti. Spec. in tit. de cri. mi. notor.

Illud generaliter est obseruandū, vt nemo absens iudicetur, nisi ex contumacia absens fuerit, quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent^b.

b. e. accusatores. in. fi. 3. q. 8. & e. absens. 3. q. 9. & per totam.

DE SIMONIA,

TITVLVS II.

Dicendum est nunc, quænam sint crimina quæ ultionē expectant. Et primū Simonia grauissimū crimē est, aded vt cætera crimina quamvis alioqui grauia, huic tamen comparata leuia æstimentur^c. Nam cum sæpè contingat, homines ambitione tractos imensa, & vasta quadam honorum & beneficiorum siti omnia tentare, quæ sibi in mentem modò venire possint, vt suis desiderijs satisfaciant, & nūc precibus, nunc pretio, nunc alijs vijs aggredi, vt quæ gratis esset concedenda, nec nisi benemeritis, spiritualium administratio, quouis modo ad commoda sua extorquere possint, nullam habentes rationem, quòd Simon Magus à Petro acri fue-

c. e. per tuas. de simon. c. fin. 2. q. 7. ubi gl. uers. reputatur. & uer. pro nibilo.

Arit obiurgatione repulsus, cum ab eo pecunia gratiam redimere tentasset: propterea in huiusmodi labe purganda nunquam se stertere, nunquam se coniuere Pontifices Romani & Canonice leges ostenderunt, omnia, quantum potuerunt, remouentes, quæ huic nefandissimo sceleri causam, vel occasionem præbere posse videbantur: multa etiam introducens, quibus comprimi & coërceri saltē pœnæ temporalis metu possent, qui æternam flocci facerent.

Incidit autem in hoc crimen, quicumq; quouis machinarum genere, vt ita dicam, sibi eos expugnare conatus fuerit, quibus ius est spiritualia, aut eis annexa, vel accedentia, conferendi: quicq; his aggressiōibus superari se & proferri permiserit, vt pretio fortè, aura populari, aut optimatum gratia, vel obsequijs potius, quàm meritis & bonis artibus, aut Ecclesiasticæ rei bene gerendæ studio spiritualia, vel eis annexa, aut eorū administrationem cōferret, vel decerneret: ex quorum numero sunt, qui pecuniam exigunt ab his, quos ad religionē in collegium suum sunt cooperturi, quicq; præfecturas quascunq; aut regimina Ecclesiarum vendunt, vel emunt, vel sepulturā, vel Chrisma, aut sanctum oleū, quacunque id facti verborū facie obducant^d. Idem de Ec-

d. e. non satis. ca. tua nobis. ca. eam quæ. ca. in tantum. de simo.

cle-

clesiarum consecratione dicen-
 dum: pro qua, præter procura-
 tionem, nihil exigi potest^a. I-
 dem de consecrationibus Epi-
 scoporum, benedictionibus Ab-
 batum, & quibusvis ordinatio-
 nibus^b. Item, qui pretio, vel
 gratia peccatorem publicum ce-
 larit, vel minimè pœnitentem re-
 conciliarit, aut è converso verè
 pœnitentem reconciliare detre-
 ctarit, huius criminis reus est^c,
 quæ non minùs in accipiente
 locum habere intelligenda sunt^d.

Et quæ de paucis speciebus
 retulimus, ad multas alias trãf-
 ferri earum exemplo possunt.
 Ad eam enim regulam, quã di-
 ximus, semper referenda res est:
 nempe, VT SPIRITUALIA, eo-
 rumq; administratio non, nisi
 benemeritis, concedantur, idq;
 gratis.

Hoc igitur Simonie vitio qui
 laborat, vt primùm eius rei in-
 dicia claruerint, ab altaris mini-
 sterio expelli debent^e. Quam
 pœnam non minùs ferent, quã-
 vis nõ quidem convicti essent,
 sed communi tamen omnium
 voce cum notarentur, & oculis
 signarentur, hocq; nomine ex-
 purgatio eis indicta esset, Cano-
 nicè eam non præstiterint.

Sed seueriùs etiam cõtra hu-
 iusmodi personas simoniae vi-
 tio irretitas insurrexit Paulus
 Venerus II. cuius constitutio ex-
 stat, sanciens, Vt pœnis ipso iu-
 re censentur adstrictæ: & adij-

ciens, Vt omnes illi, qui simo-
 niacè ordinati fuerint, à suorũ
 sint ordinũ executione suspen-
 si, atque vt per electiones, con-
 firmationes, provisiones, seu
 quasvis alias dispositiões, quas
 simoniaca labe fieri contigerit,
 nullum omninò ius cuiquã ac-
 quiratur, sed omnium, quæ per-
 ceperit, restitutioni sub animæ
 periculo sit adstrictus: & om-
 nes, qui simoniã commiserint,
 aut in ea patrandi mediatores
 fuerint, excommunicationi ob-
 noxij sint, nec absolui ab alio
 queant, quàm à summo Pontifi-
 ce^f. Quare constare potest, q̃
 diris execrationibus hoc vitij
 Pontifices Romani semper sint

B persecuti.

Hinc etiã serui aduersus do-
 minos, & quilibet criminosi in
 huius criminis accusatione ad-
 mittuntur: & quis peccator, si-
 moniaco excepto, missam can-
 nere permittitur^g. Item neq;
 infamia, neque aliqua crimina
 cõtra testes obijci possunt, qui
 de simonia testimonium red-
 dunt, cum de ea per inquisitio-
 nis viam cognoscitur: sed hæ so-
 læ exceptiones testes repellere
 poterunt, quibus probatis ap-
 pareat, eos malignitate potius,
 quàm iustitiæ zelo adductos re-
 stificari^h.

Et hoc de crimine accusatus
 prohibetur interim missarum
 solennia celebrare, donec de
 veritate constiteritⁱ.

^a c. cõstit. Ro-
 mana.

^b c. sicut pro
 scro.

^c c. nemo pres-
 byterorum.

^d c. sicut simo-
 niã.

^e d. c. sicut se-
 monia.

^f extraua. cõ-
 detestabile.
 de simon.

^g c. tanta est
 labe.

^h c. licet Ho-
 li.

ⁱ c. accusatõ.
 c. seq.